213. Codex arabicus de variis Quaestionibus circa preces.
Est procul dubio ille, quem d'Herbelot p. 364. b. Othmano filio Muhamedis Gaznevitae tribuit et cujus titulum ait esse: Abwabos Saädati f. Masajel issalati portae felicitatis, s. Quaestiones super precibus

214. Tractatus varii ad Religionem Muhammedanorum attinentes.
Sig: Gottlob Seebisch.

215. Carmina turcica.

216 Carmina turcica.

217. Imam Ghazali de statu hominis post mortem, et Tractatus de aliquot Pseudoprophetarum sententiis.
Alia manus statim ab initio codicis hanc notam adscripsit:
Tractatus aliquot arabici hoc cod: continentur, quorum primus isque omnium maximus, uti que praeter tertium reliqui duo, secundus et quartus, a quibusnam profecti sint auctoribus non apparet. Tertius est al Gazalii, et celeber est a vocabulis initialibus Ajjuha'l walad, o mi fili continetque instructionem hominis adolescentis ad veram Dei reverentiam atque pietatem. Primus continet expositionem de rebus novissimis, morte, extremo judicio, paradiso, inferno; quartus tractatus continet 54 traditiones — S. S. Seebisch.

218. Sacrae Orationes aliquot arabicae et Narrationes Turcicae Schaichi Vasthanii de vita contemplativa.

219. Logica arabica cum Commentario et ignoto Auctore, et Logica Atsiroddini Abheritae, Isagoge dicta. — S. S. Seebisch.

220. Collectio s. Repertorium variarum rerum, praesertim ad Ius Ottomanicum attinentia. — S. S. Seebisch

221. Ibrahimi Halebensis, Maltaki Abhari s. Concursus Marium vel magnorum fluviorum. — vid: infra 230.
Inscriptus hic Liber ab Auctore ita fuit, quia diversa diversorum JCtorum placita et dicta in eo congessit. Exaratus fuit hic Codex arabicus A. H. 923. (Chr: 1517) Extrema pars operis, ipsius auctoris manu exarata est a p: 102. usque ad finem. Cf. Herbelot p. 610. b.
— M. G. Weidemann. Vienna

222 6 Al. Gazalii via Deum colentium
Liber arabicus ob dictionis elegantiam et praeceptorum praestantiam commendatissimus, ab ipso auctore in compendium redactus et exceptus ex ejus ore ab Abdel malek, fil. Abdellah. Scriptus est Africano charactere A: H. 1063. Chr. 1652.
Ex dono viri doctissimi Dn. Askew, Angli, Med: Doct., possedit Jo. Iac. Reiske. Accepit Leidae d: 5 Oct: 1745.
10 rt.